CLEMENS PP. IX

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis ac sacra communione refectis qui ecclesiam Sanctae Annae loci Trzebinensis in villa Wodna Cracovien. Dioc. Conventus Regularium cum ecclesia eiusque Capellis et altaribus sive omnibus sive singulis eorumque seu eas vel ea aut illas seu illos singulas vel singula ut visitare nulla alia indulgentia reperitur concessa die festo eiusdem Sanctae Annae a primis vesperis usque ad occasum solis festi huius singulis annis devote visitaverint et ibi pro christianorum principum concordia haeresum extirpatione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si alias Christi fidelibus in quocumque alio anni die dictam ecclesiam sive capellam aut altare in eis visitantibus aliqua alia indulgentia perpetuo vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit vel si pro impetratione praesentatione admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XVII Maii MDCLXIX Pontificatus Nostri Anno Secundo

Gratis pro Deo et scrip.

J. F. Slusius

52

Atenim tu qui es Davus
et homo simplicissimi inge-
nii

24